

amplificatione vsus est Virgilius, cùm diceret: *Vel Priamo miseranda manus.* Item Claudianus: *lugenda Getis et flenda Suenis Hausimus. ipsa meos horreret Parthia casus.* Vide Psal. CXXIX.



IN QVINTVM  
LIBRVM PSAL-  
MORVM.

PSALMVS CVII.

[*Phæbus*] Poëticè, pro sole. Est enim Sol  $\phi\omega\varsigma\beta\iota\alpha$ , id est, lux vitæ. Vnde aliqui nomen Phœbi deductum volunt.

[*Arctoe campis glacialibus vrsæ*] Intelligit partes terræ septentrionales, vrsæ maiori & minori subiectas, vbi maius & penetrantius, quàm in reliquis mundi partibus, frigus est.

[*Mare sulcat*] Poëticè, pro, nauigat. Sicuti enim per campos aratro ducto relinquatur sulcus, linea rectissima; ita in mari quoq; nauis, acta ventis secundis, rectissi-